



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

96. An sponsus, vel sponsa de futuro, & cum eis carnaliter se
commiscentes teneatur istam circunstantiam explicare? Ex p. 1. tract. 7.
res. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

RESOL. XCV.

Petrus habuit rem cum puella virgine, ipsa tamen consentiente; quare itur, an hoc sit stuprum habens malitiam specie distinctam, à simplici fornicatione, & necessario in confessione aperriendam?

Et an violator Virginis consentientis nihil teneatur restituere Parentibus, quibus virgo violata subest, quia

puella est domina sue virginalis integritatis? Ex quo sequitur delectationes, & desideria in adoles-

cent circa virginem non habere specialem malitiam mortalem super alias delectationes, modo adolescentis non habeat voluntatem inferenda violentia; unde satis est, si in confessione dicat, se delectationem habuisse, vel desiderium circa faminam solitum, vel habuisse copulam cum solita, quamvis sit virgo, modo ipsa consentiat. Ex part. 2. tr. 17. & Milc. 3. resp. 12.

Sup. hoc suprà in Ref.
93 & aliquid in Ref. 94. &
infra in Ref.
165, §. In
Ref. 11.

S. I. **O**lim affirmatiuam sententiam mordicus sustinebam cum Villalobos *in summa*, tom. 2. tract. 30. diff. 10. n. 9. Fillius. rom. 2. tract. 30. c. 3. n. 66. Valent. 10. 3. disp. 6. 9. 3. punct. 3. Caet. 2. 2. 9. 1 54. art. 6. ad 1. dub. ii. Iac de Graff. dec. aur. p. 2. lib. 2. c. 7. 9. Azor. p. 3. c. 1. i. 7. 5. Suarez tom. 4. disp. 2. 2. sett. 4. n. 6. nam in hac defloratione virginis reperitur iniustitia, non contra ipsam personam virginis, quia consentienti non sit iniuria, sed contra finem naturae, ad quem concessit virginem claustrum, cui non potest pueri renuntiare, est enim custos non domina illius signaculi. Adeo quod si filia nubat inconsulto patre, absque iusta causa, peccat contra pietatem paternam; ergo multo magis peccabit, quando consentit se violari; tum quia, ut dictum est, non habet dominium sue integratis corporalis, sicut neque habet dominium sue vita; tum etiam, quia pater habet curam specialem corporis filiae, ut habetur Eccles. 7. *Filia tibi sunt? serua corpus illarum.* Igitur per stuprum infertur iniuria patri, qui custos est corporis filie sua, sive illa consentient, sive dif-
fident; nam per filiae consensum non subtrahitur filia à custodia, & cura patris, vel tutorum qui gerunt curam patris. Immo nec ipsa poterit consentire, sicut nemo potest consentire, vt fibi abscondatur manus, sed per stuprum fit scissio quedam, & ruptio extundam membrane carnei, ut vult Vesalius de cor-
peris humani fabrica, lib. 5. & Fragelius de Anatomi-
lib. 1. cap. 19. Ergo per stuprum vere infertur iniuria,
etiam si puella consentient.

2. Sed re melius considerata contraria sententiam amplexus sum, & censco stuprum si fiat consente puerla, non contineat speciale deformitatem, vel iniuriam, supra simplicem fornicationem. Ratio huius sententia est, quia non reperitur in stupro specialis deformitas, nisi ad sit specialis iniuria; sed quando puerla voluntarie consentit, non infertur iniuria, nam scienti, & consentienti non fit iniuria. Ergo in stupro propter consensum puerla non reperitur specialis iniuria. Nec valet dicere, quod in stupro fatem reperitur iniuria contra parentes, vel tutores inutios, hoc enim falsum est; nam puerla est domina sue virginalis integratatis. Confirmatur, nam contra Valentianum 2. 2. disp. 9. q. 3. pnnct. 3. Gutierrez 99. canon. lib. 1. cap. 37. num. 2. 4. Lopez part. 1. instruct.

* Sup. hoc in cap. 77. Rodriguez tom. 1. cap. 208. nnn. 3. & alios Ref. præteri- verior tentient habet, * violatorem virginis confen- ta s. vñ. post tienti nihil teneri restitutre parentibus, quibus vir- medium, à go violata subest, vt assertur Petrus à Nauarta lib. 2. vñ. Necre- c. 3. pari. 4. nnn. 423. Bañez 2. 2. quaff. 62. art. 2. natum, & in dub. 7. Sotus, Veracruz, & alij apud Sanchez ubi in-

frā. Ergo nulla iniustitia & iniuria confusgit per fin-
prum aduersis ius paternum. Dicendum est igitur,
non dari speciem stupri sine raptu , atque ita viola-
tionem virginis sponte consentientis, etiam si sub
cura paterna , non differte à simplici fornicatione. Et
sic hanc sententiam sufficiunt, & sequuntur Sanctus in
selectis, *disp. 29. n.7.* Lessius lib. 2. cap. 10. art. 1. San-
chez de matrim. lib. 7. disp. 14. n. 1. Valquez opus de
rest. c. 3. §. 1. dub. 1. num. 6. Coninch de Sacram. tom. 2.
disp. 7. dub. 4.n. 19. & alijs doctrinissimis neoterici.

3. Hinc sequitur, ut notat Lessius num. 8 delectationes & desideria in adolescentie circa virginem, non habere speciem militiam mortalem, supra alias delectationes, modò adolescentes non habent voluntatem inferendae violentiae. Vnde fatus est in confessione, si dicat se delectationem habuisse, vel desiderium circa foeminam solutam; vel se copulam habuisse cum soluta, etiamsi haberet copulam cum puella, modò ipsa, ut supra dictum est, consenserit. Et haec circa hanc questionem fatus est dixisse. Ad argumenta contraria sententiae pars responsio ex dictis.

RESOL. XCVI.

*An sponsor, & sponsa de futuro, & cum eis carnaliter se
Commiscentes, teneantur in confessione istam circum-
stantiam explicare? Ex part. i. tr. 7. Ref. 5.*

5. 1. A firmatio respondet Homobonus de
exam. Ecclef. part. 1. tract. 7. cap. 36. quæst. 11
140. Naldus in sum. verb. sponsalia, num. 12. Sylvius
in 3. p. quæst. 43. art. 1. queritur 2. Mollesius Pittigia-
nus in 4. semi. tom. 2. disq. 17. q. 9. urrica, art. 9. Sami-
ento selectar. inter. lib. 1. c. 4. n. 3. & Lopez instru-
ctor. conscient. p. 1. c. 29. Petrus Fay in addit. ad 3. p.
quæst. 9. art. 2. disputat. 7. ad 4. cum Petro Ledef-
vbi infra : quia duplex est malitia, altera fornicatio-
nis, altera fractorum sponsalium, quæ ob id dirimi
possunt, ex cap. quemadmodum de iure. Nec
valet dicere, hoc procedere in sola sponsa fornican-
te: nam tuerique in corpus alterius per sponsalia us
sibi comparat.

2. Sed, his non obstantibus, non desent Doctores, qui contrarium docent; nempe, talem circumstan-
tiam non esse faciendam, neque à sponsa. Ita docet
Covarrubias in 4. decreto, part. 1. c. 1. n. 11. Vinaldus
in cardenalibus bro. anno 1. in tit. de sponsalibus, n. 10. & pro-
babilem hanc opinionem esse docuit Petr. de Ledes-
ma de matr. q. 4. 3. art. 1. dub. vlt. immo probabiliorem
putat Azorius apud Filiicum, ubi infra: quia cir-
cumstantiae mutantas speciem sibi necessario con-
fidentia: sed ista non mutat speciem, cum adulterium
non sit, ut tenet Henriquez lib. 11. de matr. c. 2.
num. 4. ergo &c.

3. Non reticebo tamen , aliquos doctores media
via incedere : & ita docet Rodriguez in sum. tom. i.
c. 109. n. 3. Sanchez de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 2. mun. 6.
Fagundez de Praecep. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 3. m. 21.
& Filiuci tom. 2. tract. 30. c. 2. n. 53. Villalobos in
sum. tom. 1. tract. 9. dub. 36. n. 16. quod talis circum-
stantia tunc necessaria est fatenda , quando se teneat
ex parte feminas; id est , dum aliquis forniciatur cum
sponsa alterius de futuro : tunc enim teneat fornici-
ans , & ipsa sponsa fateti hanc sponsalitum circum-
stantiamat; quando se teneat ex parte viri , quia spon-
sus de futuro forniciatur , haec circumstantia non est
de necessitate detegenda in confessione.

4. Sed, his non obstantibus, noster P. Megala in 1.4.
lib. 5. c. 11. q. 5. num. 9. putat, hanc circumstantiam non
esse necessariò aperiendam in confessione, etiam in
ordine

De Circumstant.aggrau.Ref.XCVII.&c. 391

ordine ad sponsam : quia , vt diximus ex Henriquez .
non mutat peciem , neque est adulterium ; id est
hanc sententiam probabilem esse , & tam in
fimo , hanc sententiam probabilem esse , & tam in
praxi : & illam etiam docent , vt supra norauimus ,
Coutar & Vitaldus . Vide Resol . 67 . tract . 4 . de Sa-
cram . in tercia huius Operis Parte .

RESOL . XCVII.

An uxoratus si peccet cum coniugata , teneatur in con-
fessione hoc exprimere , vel sufficiat tantum dicere ,
se commississe adulterium ? Ex part . 1 . tr . 5 . & Misc .
5 Ref . 51 .

§. 1. Vfficere hoc ultimum docet P. Ferrantinus
Slapius à me merito laudatus disp . 1 . de scan-
dalo qnaft . 66 . num . 19 . vbi loquens de vxore reddi-
te debitis in loco sacro , sic ait : Idem docet Azor-
io loco supra citato tum de habente Ecclesiasticum be-
neficium , & facios Ordines , tum de habente ex le-
gitimo privilegio tria beneficia , verbi gratia . Exem-
plum est Emmanuelis Sà v . Confessio , § . quidam pa-
tiant , apud eundem Sanchez ubi supra num . 8 . quod
similiter non admittit Sanchez ; ait Sà vnicam esse
malitiam , si coniugatus peccet cum coniugata , &
satis esse fateri dicendo , se adulterium admisit . Ra-
tio huius , & praecedentis casus est , quia sola multi-
plicatio praeceptorum circa idem secundum eandem
rationem , non facit pluralitatem peccatorum . Ver-
rum ut dixi , Sanchez neutrum admittit , sed credit
in vitroque casu fatendam esse circumstantiam du-
plicis obligationis ; id est , in primo casu ordinis : &
beneficij : in secundo status matrimonij vitroisque ,
sed ego in vitroque casu oppositum existimo proba-
bilius . Et ad secundum calum , de coniugato peccan-
te cum coniugata , etiam valent , qua diximus qnaft .
illa 27 . praelatim quando quis vno impulsu calum-
niam intulit pluribus , &c . Imò si verum esset , quod
ipse assert sequeretur , non duo tantum peccata ad-
ulterij commiti ab vxori , sed plura , licet non om-
nia proprie adulteria essent dicenda , & probo . Ac-
cipimus claritatem gratia , Petrum , & Ant . tum sic
Petrus duo peccata adulterij commitit , primum ,
quatenus infert iniuriam vxori propriæ ; secundum ,
quatenus etiam infert iniuriam marito Antoniæ , cum
qua peccat : posset quoque dici quod præter ista duo ,
committeret etiam tertium peccatum inferendo tertio
modo iniuriam vxori propriæ , scilicet mediate , qua-
tenus per suam actionem cooperatur ipsi Antoniæ
infierenti iniuriam vxori propriæ , id est propriæ ipsius
Petri , &c .

2 . Dices quid sit de hoc tertio peccato , etiam
remonet quod Petrus duo adulteria commitit in-
fendo dubius personis iniuriam , vxori propriæ , &
marito Antoniæ ergo duplex peccatum . Relpondeo ,
ad hunc etiam remonet , quod uno actu iniurias illas
infert contra duos , & contra duo præcepta , prohibi-
tentia tamen rem eandem , & eodem modo , ac in-
tuitu eiusdem virtutis , iubentis seruari fidem matrimoni-
j , &c . Confirmatur etiam ex eo , quod si Reli-
giofus cum moniali peccet , habendo copulam con-
tra votum tantum peccatum sacrilegij commitit ,
etiam si Deo duplex iniuria infieratur violando
vitamque personam ipsi sacram duplice voto .
Quamvis alter sentiat Salas num . 20 . cum Viguerio ,
Alcoer , & Peña , dicens , duplex peccatum in eo
eventu committi ab vitroque . Denique confirmatur :
Quia si supponatur aliquid esse prohibitum
iure divino , & humano , à Principe sæculari , & à
Prælatis Ecclesiasticis , sine excommunicatione ,
potest vero sub excommunicatione , ac denique

sepius sub nouis penit , ita tamen ut omnia hu-
iustimodi præcepta versentur circa idem secundum
eandem omnino rationem , ac intuitu eiusdem virtutis ,
v.g. furum , intuitu iustitiae , tunc qui furatur ,
vnum peccatum commitit , quamvis pluribus legi-
latoribus iniuriam inferat , & pluribus etiam Domini-
nis , si res furto sublata pertinebat ad plures pro in-
divisa , &c . Hæc omnia Ferrantinus .

3 . Sed ego puto non esse recedendum à sententia
Sanchez , cùm sit communis inter Doctores quos
hic , ad latitudinem possèm adducere ; & ad auctoritatem
Emmanuelis Sà adductam à P. Ferrantino pro
sua sententia firmanda , sciant lectors , quod in edi-
tione Romana correta , & impresa ex ordine
Reuerendissimi Magistri Sacri Palati , hæc opinio in
Codice Emmanuelis Sà fuit deleta , & expuncta , vnde
cùm in prioribus editionibus haberentur verba
adducta à Patre Ferrantino , in editione Roma-
na hæc fuerunt apposita ; Cùm iverque peccans
est coniugatus , id exprimendum . Ita ibi , & ita te-
nendum est .

RESOL . XCVIII.

Virum copula uxoricida , vel adulterij cum promissio-
ne matrimonij sit circumstantia in confessione aperi-
ienda ?

Et in § . ultimo huius Resolutionis recitatius apponuntur
quatuor diversi casus , in quibus aduertitur cir-
cumstantiam illorum esse in confessione aperiendam .
Ex part . 3 . tract . 4 . Ref . 139 . alias 140 .

§ . 1 . A firmatiam sententiam docet Henri-
quez lib . 5 . de panit . cap . 6 . numer . 3 .
in glossa littera M . vbi dicit esse circumstantiam ne-
cessariò explicandam in confessione , si vir ad eam
accedat , cum qua nequit matrimonio copulari , vt
si sit uxoricida ; & licet non explicet , num ea cir-
cumstantia speciem mutet , at eam numerat inter
alias , quæ in sexto præcepto diuersam speciem con-
stituant .

2 . Sed ego contrariam sententiam tenendam esse
puto , quam tuentur Lessius lib . 4 . cap . 3 . dub . 6 .
numer . 45 . Fillius tom . 2 . tract . 10 . part . 2 . cap . 1 .
numer . 24 . & Sanchez de matrimon . tom . 2 . lib . 3 . dis-
put . 5 . numer . 14 . Dico igitur , quid quando im-
pedimentum matrimonij imponitur in peccatum ad-
missi delicti , & ad præcaendum aliquod damnum ,
tunc copula cum habente tale impedimentum
continet tantum singularem malitiam fornicatio-
nis . Exemplum est in impedimentoo criminis , vt
adulterij cum promissione matrimonij , vel cùm
contraictum est de præfenti , vel homicidij coniugis .
Nam in prohibitione talis matrimonij non est spe-
ciale motiuum virtutis , sed tantum est in peccatum
delicti . Consequenter copula illa illicita erit tantum
vnius malitiae fornicationis , & id est in tali casu di-
cendum non esse circumstantiam in confessione de-
tegdam .

3 . Non reticebo tamen hic adnotare cum supra-
dictis Doctribus . Primò , esse circumstantiam in-
cestus diuersam specie à simplici fornicatione , & ne-
cessariò explicandam in confessione , si quis coitum
habeat cum qua nequit iniure matrimonij ob impe-
dimentum consanguinitatis , vel affinitatis . Secundò ,
similiter esse circumstantiam luxuria , specie diuer-
sam , ac necessariò fatendam , si quis rem habeat cum
cognata spirituali in eo gradu , in quo haec cognatio
matrimonij dirimit , speciem autem hanc fornicationis
aliqui vocant incestum spirituali : vnde & fa-
cilegium . Tertiò , concubitus cum cognatis legali-

Kk 4 bus